*Ministero dell'Istruzione, dell'Università e della Ricerca*
*Ufficio Scolastico Regionale per le Marche*
Direzione Generale

**CERTIFICAZIONE LINGUA LATINA LIVELLO A 2019**
**USR Marche-CUSL**

**DE PYRRI ADVENTU IN ITALIAM**
*Summarium*
*Pyrrus, Epiri rex, in Italiam venit auxilio Tarentinis*

Eodem tempore Tarentinis, qui iam in ultima Italia sunt, bellum indictum est, quia legatis Romanorum iniuriam fecissent. Hi Pyrrum, Epiri regem, contra Romanos in auxilium poposcerunt, qui ex genere Achillis originem trahebat. Is mox ad Italiam venit, tumque primum Romani cum transmarino hoste dimicaverunt. Missus est contra eum consul P. Valerius Laevinus, qui cum exploratores Pyrri cepisset, iussit eos per castra duci, ostendi omnem exercitum tumque dimitti, ut renuntiarent Pyrro quaecumque a Romanis agerentur. Commissa mox pugna, cum iam Pyrrus fugeret, elephantorum auxilio vicit, quos incognitos Romani expaverunt. Sed nox proelio finem dedit; Laevinus tamen per noctem fugit, Pyrrus Romanos mille octingentos cepit et eos summo honore tractavit, occisos sepelivit. Quos cum adverso vulnere et truci vultu etiam mortuos iacere vidisset, tulisse ad caelum manus dicitur cum hac voce: se totius orbis dominum esse potuisse, si tales sibi milites contigissent. Postea Pyrrus, coniunctis sibi Samnitibus, Lucanis, Brittiis, Romam perrexit, omnia ferro ignique vastavit, Campaniam populatus est atque ad Praeneste venit, miliario ab urbe octavo decimo. Mox terrore exercitus, qui eum cum consule sequebatur, in Campaniam se recepit.

| | |
|---|---|
| Pyrrum ... in auxilium poposcerunt | a Pyrro auxilium petiverunt |
| dimicaverunt | pugnaverunt |
| dimitti | ire ad Pyrrum |
| expaverunt | timuerunt |
| adverso vulnere | vulnere in pectore |
| totius orbis | omnium terrarum |
| si ... contigisset | si *(Pyrrus)* tales milites...habuisset |
| perrexit | iit |
| populatus est | devastavit |


Via XXV Aprile, 19,60125 Ancona - Codice IPA: m_pi
Pec: drma@postacert.istruzione.it – E-mail: direzione-marche@istruzione.it
Codice univoco per la fatturazione elettronica: YUSJ56 per la contabilità generale, DBOURO per quella ordinaria
Tel.: 071/22951-2295415 – CF: 80007610423
Sito internet: www.marche.istruzione.it

**1. SI PROPONE UNA PARAFRASI DEL BRANO: SI COMPLETI INSERENDO AL POSTO GIUSTO 8 PAROLE SCELTE FRA QUELLE MANCANTI (si indichi il numero nello spazio bianco):**

Romani contra Tarentinos bellum moverunt quoniam Romanorum legati ____ eis offensi erant. Tarentini petiverunt a Pyrro, rege Epiri, ut sibi in auxilium veniret, cum ille ____ ex Achille. Primum Romani cum _____ hoste profligaverunt. Misso contra eum consule P. Valerio Laevino, Pyrri exploratores a Romanis capti ductique sunt in eorum castra ut viderent et nuntiarent Romanorum _____ Sed, Pyrro fugiente, Epiri exercitus vicit Romanos ____ elephantos, quos Romani numquam antea viderant. Ea nocte Laevinus fugit, Pyrrus mille octingentos Romanos cepit et eos summa ____ tenuit. Sed, cum ferociam in vultu militum romanorum mortuorum animadvertit, narrant eum exclamavisse ____ futurum esse dominum omnium gentium auxilio tam fortium militum. Postea cum sociis ivit contra Romam, et, vastatis omnibus rebus captaque Campania, pervenit ad Praeneste. Quibus rebus Romanus exercitus tam territus est ____ in Campaniam fugerit.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. | vires | 5. | externo | 9. | praeter | 13. | benevolentia |
| 2. | bono | 6. | ad | 10. | eum | 14. | auctoritate |
| 3. | descendisset | 7. | propter | 11. | mulieres | 15. | se |
| 4. | ubi | 8. | descenderit | 12. | ut | 16. | ab |

**2. Si leggano le seguenti affermazioni riferite al testo e si barri la risposta esatta: vero o falso**

| | |
|---|---|
| 1. Tarentini in Romanorum legatos iniuriam fecerunt | VERO FALSO |
| 2. Pyrrus exercitum Romanum sua sponte oppugnare statuit | VERO FALSO |
| 3. Pyrrus primus hostis transmarinus describitur | VERO FALSO |
| 4. P. Valerius Laevinus Pyrri exploratores cepit et Romani exercitus vim iis ostendit | VERO FALSO |
| 5. Romani elephantos cognoscebant, ergo ab iis non territi sunt | VERO FALSO |
| 6. Laevinus strenue pugnavit, etiamsi nox descendit | VERO FALSO |
| 7. Pyrrus post eorum mortem milites Romanos valde laudavit | VERO FALSO |
| 8. Pyrrus sine sociis cum exercitu suo Romam venit | VERO FALSO |

**3. Si scelga la risposta esatta fra quelle proposte:**

1. Quis est Pyrrus?


Via XXV Aprile, 19,60125 Ancona - Codice iPA: m_pi
Pec: drma@postacert.istruzione.it – E-mail: direzione-marche@istruzione.it
Codice univoco per la fatturazione elettronica: YUSJ56 per la contabilità generale, DBOURO per quella ordinaria
Tel.: 071/22951-2295415 – CF: 80007610423
Sito internet: www.marche.istruzione.it

a) Rex Graecarum civitatum
b) Rex qui in Italia natus erat
c) Rex Tarentinorum
d) Rex qui ex Achillis stirpe natus erat

2. Quid primum fecit consul P. Valerius Laevinus?

a) Iussit exploratores per castra duci
b) Pyrri exploratores cepit
c) Pyrri exploratores dimisit
d) Pyrri exploratoribus exercitum ostendit

3. Cur Romanus consul Pyrri exploratores dimisit?

a) Exploratores dimisit ut Pyrro dicerent Romanos cum hoste transmarino dimicare
b) Exploratores dimisit ut Pyrro dicerent ubi Romani castra posuissent
c) Exploratores dimisit ut Pyrro dicerent quid Romani facerent
d) Exploratores dimisit ut Pyrro dicerent legatos Romanos iniuriam fecisse

4. Cur Pyrrus vicit?

a) Quia Pyrri exercitus acrior erat
b) Quia Romani defatigati erant
c) Quia nox erat
d) Quia Pyrri elephanti Romanos terruerunt

5. Quos summo honore Pyrrus tractavit?

a) Romanos milites
b) Milites suos
c) Elephantos
d) Socios suos

6. Cur Pyrrus ad caelum manus tulit?

a) Quia Pyrrus a Romanis victus est
b) Quia Pyrrus a Romanis captus est
c) Quia Pyrrus Romanorum virtutem admiratus est
d) Quia Pyrri milites a Romanis interfecti sunt


Via XXV Aprile, 19,60125 Ancona - Codice iPA: m_pi
Pec: drma@postacert.istruzione.it – E-mail: direzione-marche@istruzione.it
Codice univoco per la fatturazione elettronica: YUSJ56 per la contabilità generale, DBOURO per quella ordinaria
Tel.: 071/22951-2295415 – CF: 80007610423
Sito internet: www.marche.istruzione.it

7. Quid Pyrrus dixit post Romanorum militum mortem?

a) Dixit omnes milites suos strenuos esse
b) Dixit Pyrri equites victos esse
c) Dixit se in potestatem suam omnes nationes reducturum esse, si Romanos milites habuisset
d) Dixit se sperare Romae sepulturum esse

8. Quid Pyrrus fecit, postquam aliquae Italicae gentes suas copias cum eo iunxerunt?

a) Laevinum cepit
b) In Epyrum revertit
c) Romam iit
d) Castra posuit

**4. Scegli la risposta esatta fra quelle proposte:**

**r.1 quia** è:

a) congiunzione causale: introduce una proposizione causale soggettiva
b) congiunzione causale: introduce una proposizione causale oggettiva
c) pronome relativo
d) pronome interrogativo

**r.2 hi** è:

a) aggettivo dimostrativo nom. masc. sing.
b) pronome dimostrativo nom. masc. plur.
c) aggettivo dimostrativo nom. masc. plur.
d) avverbio di luogo

**r.3 ex genere** è:

a) complemento di moto da luogo
b) complemento partitivo
c) complemento di origine
d) complemento di materia

**r.5 duci** è:

a) infinito presente passivo del verbo *duco*
b) dativo singolare del sostantivo maschile *dux*


Via XXV Aprile, 19,60125 Ancona - Codice iPA: m_pi
Pec: drma@postacert.istruzione.it – E-mail: direzione-marche@istruzione.it
Codice univoco per la fatturazione elettronica: YUSJ56 per la contabilità generale, DBOURO per quella ordinaria
Tel.: 071/22951-2295415 – CF: 80007610423
Sito internet: www.marche.istruzione.it

c) perfetto indicativo attivo 1° persona singolare del verbo *duco*
d) imperativo 2° persona singolare del verbo *duco*

**r. 5 ut** è:

a) congiunzione subordinante con valore di completiva volitiva
b) congiunzione subordinante con valore temporale
c) congiunzione subordinante con valore consecutivo
d) congiunzione subordinante con valore finale

**r.6 quaecumque agerentur** è:

a) proposizione interrogativa indiretta
b) proposizione relativa
c) proposizione interrogativa diretta
d) proposizione temporale

**r. 9 quos** è:

a) pronome relativo
b) aggettivo interrogativo
c) nesso relativo
d) pronome interrogativo

**r.10 tulisse** è:

a) infinito perfetto attivo del verbo *tollo*
b) infinito perfetto attivo del verbo *fero*
c) infinito perfetto passivo del verbo *tolero*
d) congiuntivo piuccheperfetto attivo 1° persona singolare di *fero*

**5. Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito:**

r. 1-2. quia...iniuriam fecissent (trasforma in ablativo assoluto)

________________________________________

r. 3. Is mox ad Italiam venit
cum ________________________________________

r. 5-6. ut renuntiarent (trasforma ricorrendo ad una delle possibilità sintattiche della

proposizione finale)

______________________________________________

r.5. iussit eos duci
imperavit ut ____________________________________

r. 6. commissa pugna
postquam ______________________________________

r.6-7. cum iam Pyrrus fugeret
dum __________________________________________

r.9. occisos
eos qui _______________________________________

r.10-11. *se totius orbis dominum esse potuisse*, si tales sibi milites contigissent (trasforma in un periodo ipotetico indipendente di terzo tipo)
________________________________________________si tales sibi milites contigissent


Via XXV Aprile, 19,60125 Ancona - Codice iPA: m_pi
Pec: drma@postacert.istruzione.it – E-mail: direzione-marche@istruzione.it
Codice univoco per la fatturazione elettronica: YUSJ56 per la contabilità generale, DBOURO per quella ordinaria
Tel.: 071/22951-2295415 – CF: 80007610423
Sito internet: www.marche.istruzione.it

**6. Inserisci le parole mancanti, flettendole o declinandole in modo adeguato nel seguente brano, tratto dal prosieguo del brano precedente (solo per conseguire il livello A 2):**

Legati ad Pyrrum *de redimendis* _______________ missi ab eo honorifice suscepti sunt. Captivos sine __________ __________ misit. Unum ex legatis Romanorum, Fabricium, sic admiratus, cum eum _____________ esse cognovisset, ut, quarta parte regni _______________, __________ voluerit, ut ad se transiret, *contemptus*que *est* a Fabricio. Quare cum Pyrrus Romanorum ingenti admiratione teneretur, legatum misit, qui pacem aequis condicionibus _____________, *praecipuum* virum, Cineam nomine, ita ut Pyrrus partem Italiae, __________ iam armis occupaverat, obtineret.

captivus, -i

pretium, -i

Roma, -ae

pauper, -is

promitto, -is, misi, missum, ere

sollicito, -as, avi, atum, are

peto, -is, petii, itum, ere

qui, quae, quod

GLOSSARIO

| | |
|---|---|
| *de redimendis* | de remittendis aut liberandis |
| *contemptus est* | = Fabricius odium in Pyrrum habuit |
| *praecipuum* | egregium |


Via XXV Aprile, 19,60125 Ancona - Codice iPA: m_pi
Pec: drma@postacert.istruzione.it – E-mail: direzione-marche@istruzione.it
Codice univoco per la fatturazione elettronica: YUSJ56 per la contabilità generale, DBOURO per quella ordinaria
Tel.: 071/22951-2295415 – CF: 80007610423
Sito internet: www.marche.istruzione.it

*Ministero dell'Istruzione, dell'Università e della Ricerca*

*Ufficio Scolastico Regionale per le Marche*

Direzione Generale

**USR Marche – CUSL**

**CERTIFICAZIONE LINGUA LATINA LIVELLO A 2019**

**SOLUZIONI E GRIGLIA DI VALUTAZIONE**

**1.** SI PROPONE UNA PARAFRASI DEL BRANO: SI COMPLETI INSERENDO AL POSTO GIUSTO 8 PAROLE SCELTE FRA QUELLE MANCANTI (si indichi il numero nello spazio bianco):

Romani contra Tarentinos bellum moverunt quoniam Romanorum legati __**16**__ eis offensi erant._ Tarentini petiverunt a Pyrro, rege Epiri, ut sibi in auxilium veniret, cum ille __**3**__ ex Achille. Primum Romani cum __**5**__ hoste profligaverunt. Misso contra eum consule P. Valerio Laevino, Pyrri exploratores a Romanis capti ductique sunt in eorum castra ut viderent et nuntiarent Romanorum __**1**__. Sed, Pyrro fugiente, Epiri exercitus vicit Romanos __ **7**__ elephantos, quos Romani numquam antea viderant. Ea nocte Laevinus fugit, Pyrrus mille octingentos Romanos cepit et eos summa __**13**__ tenuit. Sed, cum ferociam in vultu militum romanorum mortuorum animadvertit, narrant eum exclamavisse __**15**__ futurum esse dominum omnium gentium auxilio tam fortium militum. Postea cum sociis ivit contra Romam, et, vastatis omnibus rebus captaque Campania, pervenit ad Praeneste. Quibus rebus Romanus exercitus tam territus est __**12**__ in Campaniam fugerit.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. | vires | 5. | externo | 9. | praeter | 13. | benevolentia |
| 2. | bono | 6. | ad | 10. | eum | 14. | auctoritate |
| 3. | descendisset | 7. | propter | 11. | mulieres | 15. | se |
| 4. | ubi | 8. | descenderit | 12. | ut | 16. | ab |

**2.** V-F-V-V-F-F-V-F

**3.** D-B-C-D-A-C-C-C

**4.** A-B-C-A-D-B-C-B

**5. Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito:**


Via XXV Aprile, 19,60125 Ancona - Codice iPA: m_pi
Pec: drma@postacert.istruzione.it – E-mail: direzione-marche@istruzione.it
Codice univoco per la fatturazione elettronica: YUSJ56 per la contabilità generale, DBOURO per quella ordinaria
Tel.: 071/22951-2295415 – CF: 80007610423
Sito internet: www.marche.istruzione.it

r. 1-2. quia...iniuriam fecissent (trasforma in ablativo assoluto)
___FACTA INIURIA___

r. 3. Is mox ad Italiam venit
cum ___VENISSET____

r. 5-6. ut renuntiarent (trasforma ricorrendo ad una delle possibilità sintattiche della proposizione finale)
__RENUNTIATUM__*vel*__QUI RENUNTIARENT__vel__AD RENUNTIANDUM/A

r.5. iussit eos duci
imperavit ut ___DUCERENTUR____

r. 7. commissa pugna
postquam ___PUGNA COMMISSA ERAT ____

r.6-7. cum iam Pyrrus fugeret
dum ___IAM PIRRUS FUGIT____

r.9. occisos

eos qui ___OCCISI ERANT____

r.10-11. *se totius orbis dominum esse potuisse,* si tales sibi milites contigissent (trasforma in un periodo ipotetico indipendente di terzo tipo)
____IS ( o IPSE) totius orbis dominus esse POTUISSET___

**6. Inserisci le parole mancanti, flettendole o declinandole in modo adeguato nel seguente brano, tratto dal prosieguo del brano precedente (solo per conseguire il livello A 2):**

Legati ad Pyrrum *de redimendis* **CAPTIVIS** missi ab eo honorifice suscepti sunt. Captivos sine **PRETIO ROMAM** misit. Unum ex legatis Romanorum, Fabricium, sic admiratus, cum eum **PAUPEREM** esse cognovisset, ut, quarta parte regni **PROMISSA, SOLLICITARE** voluerit, ut ad se transiret, *contemptus*que *est* a Fabricio. Quare cum Pyrrus Romanorum ingenti admiratione teneretur, legatum misit, qui pacem aequis condicionibus **PETERET**, *praecipuum* virum, Cineam nomine, ita ut Pyrrus partem Italiae, **QUAM** iam armis occupaverat, obtineret.

**VALUTAZIONE**

**LIVELLO A1** La prova per l'A1 comprende due gruppi di esercizi (1-2-3: comprensione; 4-5 morfosintassi); si ottiene la certificazione eseguendo in maniera corretta il 75% di ciascun gruppo di esercizi; in termini di punteggio, occorre ottenere almeno 18 punti nella prima parte (esercizi 1-2-3= max 24 punti) e almeno 12 nella seconda parte (esercizi 4-5= max. 16 punti).

**LIVELLO A2** Solo qualora si sia raggiunto il livello A1, si può ottenere il livello A2: la condizione è che, dopo aver raggiunto il 75% in entrambe le aree sopra citate (18/24 e 12/16), si svolga l'esercizio 6 correttamente almeno al 75%, ottenendo 6/8 punti.


Via XXV Aprile, 19,60125 Ancona - Codice iPA: m_pi
Pec: drma@postacert.istruzione.it – E-mail: direzione-marche@istruzione.it
Codice univoco per la fatturazione elettronica: YUSJ56 per la contabilità generale, DBOURO per quella ordinaria
Tel.: 071/22951-2295415 – CF: 80007610423
Sito internet: www.marche.istruzione.it